

pœnâ mortis affici debet, uti volunt Thomas Grammatic. *Decis. 44. n. 4. & 5. p. 83.* ut & Decianus *l. 9. c. 3. n. 4. fol. 87. Crimin.* etiamsi hic velit distingvere, an quis metu criminis & pœnæ, an ex alia causa se occidere voluerit. Propterea, quod hæc sententia videatur fundata esse in *l. 38. §. 12. ff. de Pœn. l. 6. §. 7. ff. de re milit.* & quod affectus & animus nocendi Suniatur, etiam non secuto effectu, cum primis in delicto homicidii: ped arbitrariè puniendus est juxta consilium Prudentum. Gomez *l. 3. c. 3. n. 14. fol. 485. Var. resolut.* Julius Clarus *l. 5. sent. §. fin. Qu. 68. n. 37. fol. 779.* Farinac. *part. 5. Qu. 128. num. 37. fol. 400.* Et quidem si is, qui aliquem conatur saltem occidere, homicidium tamen non perfecit, arbitrariè punitur; quare is, qui seipsum voluit occidere quidem, verùm à consummatione delicti fuit impeditus, durius puniri debeat, cum in neminem sit injurius. Deinde constat, in delicto homicidii solum conatum, effectu non subsecutô, ordinariâ pœnâ coërcendum haut esse Gomez. *d. c. 3. num. 33. fol. 693.* Carpzov. *part. 1. Qu. 2. num. 44. 45. 46. fol. 14. pract. Criminal.*

Quod allegatos textus Legum 38. §. 12. ff. de Pœnis. & l. 6. §. 7. ff. de re milit. attinet, illi loqvuntur saltem de militibus, in quibus est, specialis ratio, quare is in casu, quo seipsum voluit occidere, sed à delicti consummatione impeditus est, durius puniatur; propterea, quod ratione suæ ipsius personæ delictum istud sit gravius & magis enorme, cum suo exemplo & alios ad desperationem. facilè movere, qui tamen majorem animi intrepidi constantiam præ reliquis hominibus ostendere deberet.

ARTIC. CXXXVI.

Si quadrupes pauperiem fecerit, vel hominẽm occiderit.

So einer ein schädlich Thier hätte / das jemand's entleibet.

Sit einer ein Thier / das sich dermassen erzeiget / oder sonst der Art und Eygenschaft ist / dadurch zu besorgen ist / daß es den Leuten an Leib oder Leben Schaden thun möcht / sol der Herr desselben Thiers solch Thier von ihm thun: Dann wo solch Thier jemand Schaden thät oder entleibt / soll der Herr des Thiers darumb nach Gelegenheit und Gestalt der Sachen und Rath der Rechtsverständigen / oder an Enden / als hernach vermeldet / gestrafft werden / und so viel desto mehr / so er zuvor von dem Richter / oder andern Obrigkeit des gewarnet würde.

AD